



Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnia huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

VII. An impellat diabolum Deus, vt homines ad peccandum inducat?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

AD II. Instrà quæst. 9. liquebit, quod, *impiè agere*, Eccl. 15. adeò nec diabolo vnquam; cuius impietati volun^{ix} patronum agit Caluinus; culpatque Deum ceu mandatarium Sathanicæ malitiæ.

AD III. Sequens peccatum prioris est pœna, impropriè & indirectè; sc. dum peccatum prius fugat gratiam, à qua desertus homo pronior ruvit in & peccatum aliud, aut in infamia.

AD IV. Aug. in Enchir. c. 100. Deus peccata permittit volens, fiunt autem Deo non volente. Permissio iusta est; peccatum iniquum. Nec ideo, quia peccatur in uito Deo, Deus non est omnipotens; quia inter velle & nolle Dei medium datur Permittere malum, & tamen id Non velle.

QVÆSTIO VII.

An impellat Diabolus Deus, ut nos ad peccandum inducat?

CALVINVS ait, Inst. I. c. 18. §. 1. Scimus Sathanam se coram Deo sistere, ad excipienda iussa, non minus quam Angelos, qui sponte obediunt: diverso id quidem modo & fine; sed tamen ne quid aggredi possit, nisi volente Deo. &c. Ergo quicquid agitent homines, vel Sathan ipse, Deus tamen claram tenet, ut ad exequenda sua iudicia conuertat eorum conatus. Vult Deus perfidum Regem Achab decipi; operam suam offert diabolus: mittitur cum mandato certo, ut sit sp. mendax in ore Prophetarum. &c. Ridiculum foret, Indicem tantum Permittere, non Decernere, quid fieri velit, & mandare executionem ministris. Ibid. §. 2. Fateor, interposita Sathanæ opera sepe Deum agere in reprobis; sed ut eius impulsu Sathan ipse partes suas agat & perficiat, quatenus datum est. &c. Dicitur Sathan excicare infidelium mentes: unde hoc; nisi quod ab ipso Deo manat efficiaciam erroris? &c. §. 3. Spiritus ergo impurus, Dei spiritus vocatur; quia ad eius nutrum potentiamque responder, instrumentum magis ipsius in agendo, quam à seipso autor. &c.

AVTOR. I: Nemini mandauit Deus

impiè agere, Eccl. 15. adeò nec diabolo vnquam; cuius impietati volun^{ix} patronum agit Caluinus; culpatque Deum ceu mandatarium Sathanicæ malitiæ.

2. Deus contraria mādaret: homini, ut non peccet, resistatque diabolo: Sathanæ, ut inducat ad peccandum.

Item Dei mandata de procurandis peccatis habere semper vim & effectum: at ea de vitandis ijs, ac virtutibus operandis, non sortiri effectum semper; *Item*, Inde promptior Deus foret ad mala, quam bona; cum illa semper, hæc non semper euenerint. *Item*, Deus plus Sathanæ quam Angelis tribueret: nam mandato suo diaboli efficaciter concurreret semper; non pariter Angelis dato. Vnde Deus omnia nobiscum simulato ageret inhortans ad virtutes: Frustrà Apostolus, Eph. 6. *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli*, hoc est Caluino, aduersus mandatum Dei.

3. Deus odit peccatum, ut suprà liquet: non ergo Sathanam incitat eidem procurando. Vide *Antichristum* p. 4. q. 6.

QVÆSTIO VIII.

An occulta vi moueat ac Necesitet nos ad peccandum Deus?

CALVINVS ait, Inst. I. c. 18. §. 2. Quantum ad arcana motus spectat, quod de corde Regis predicit Solomon, sicuti hic & illuc, prout Deo visu est, ad totum certè genus humanum extenditur, tantumdemq; valet, ac si dixisset: Quicquid animis concepiimus, arcana Dei inspiratione ad suum finem dirigi. Et certè nisi Deus intus operaretur in mentibus hominum,